mentor, Stanni, Cupri, orichalici, pecorum pecudum, Equorum Equirum, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae, in et post habendae, in quacunque materia et forma existentium dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit prout dat dotat, dotalitat inscribit et reformat, praesentibus praesentibus, per ipsum Nobilem Hassiam Jaworska Conthoralem suam legitimam eiusque posteros eandem medietatem bonorum suprascriptorum generaliter omnium cum universis utilitatibus, et usufructibus competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice uti fruendi, ac ad usus suos et suorum Successorum quovis bene placitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum.

20/III 1670 Feria Quinta post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

Rossowski et Cebrowski Roborant

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castren

tren Capitan Praemysliens Gnosi Hieronimus Rosowski ab una
et Christophorus de Zabokruki Zebrowski parte ab altera sani
mentibus et corporibus existentes à Terris dominiis Juribus, Juris 20
dictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo,
praesenti vero Castren Capitan Praemisliensi, quo ad actum hunc atti
net se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere pub:
ce ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsi
-us pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Gnosus Ro:
sowski, suo et Gnosae Helenae de Pobidno, praefatus vero Gnosus
Zebrowski itidem suo et Gnosae Annae de Kłodnica Consortium
suarum, pro quarum rati habitione cauent, et se praesentibus
inscribunt nominibus sibi mutuo et inuicem una pars alteri
ac posteris utriusque partis se ac suos Successores, in ac super
bonis suis generaliter omnibus summisque quibusuis pecuni:
arijs habitis et habendis inscribunt et obligant partibus Inter
cisam certam inter se Recognites, partesque praesentes duas ratio
ne certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa content. de actu
et dato illius hic Praemysliae Feria Sexta post Dominicam Laetare
Quadragesimae proxima, anno praesenti confectam ac conscriptam
manibus sui Recognoscentium subscriptam in omnibus et singulis
eiusdem Intercisae contentis, conditionibus punctis clausulis
articulis ligamentis, ac nexibus omnibus, firmiter tenere com:
plere, exequi ac inuiolabiliter conseruare omnibus et sin
gulis eiusdem Intercisae contentis tam in toto quam
in parte toties quoties fuerit opus satisfacere.

Tenor Intercisae

1406

Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roborationis et Inscriptionem praesentem Roboratoriam, ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo Idque sub vadio Summae, Mille Ducentorum Floren Polon per partem parti, cum Successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Intercisae, praefatae omnium, et singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Insuper Iidem Recognoscentes debebunt et tenebuntur prout se et suos successores in et super bonis suis quibuscumque omnibus ubi mutuo et ad invicem inscribunt et obligant praesentibus praefatas Consortes suas et quidem Generosus Kopcowski Generosam Helenam de Pobidno, praefatus vero Generosus Ziebrowski Generosam Annam de Kobodnica, cum assistentia sui Recognitionem ad approbandum per ipsas, Inscriptionem praesentem Roborationis vel similem suo pro Interesse faciendam ad acta quaevis autentica Regni, perpetua intra decursum duodecim Septimanarum vel in Eventum mortis Successores earum adducere et personaliter stantuere, ubi eisque vel earum Successoribus ut praemissa debite exequantur efficere, idque sub simili vadio summis Mille ducentorum floren Polon per partem parti, cum Successoribus utriusque partis ob non statutionem consortis suae statuendae, vel in Eventum mortis Successorum eius pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo Dequo quidem vadio modo praemissa ad solvendum succubiti ac realiqua puncti ea contentis

Intercisae

Intercisis praefatis, non completa complenda poena exnunc memorata pars una, praemissa non tenens, cum suis posteris, ad Instantiam partis alterius, praemissa tenentis, sive eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense sive eius recessu suffragaeneum, quo ad respondendum spectat, mediante, semper in primo solennis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadiumque praetactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat, pendendo Illum primum Terminum semper peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate, Successorum legatione, intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta, ad exercitum, reliquisque quibusvis Dilationibus, et legalibus impedimentis, non differendo ad Quietationem prorsus ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, earumque prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel replicatis, evasionibus suspensionibus, fatalique Iuris praescriptione Terrestris bello, Conventioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensionis, non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo hac sua propria personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dubaniowski Zawiszy
cedit.